

GENEROSISSIMO VIRO IUVENI
DOMINO
MART. ZACH. WANKHEL
DE SEEBERG,
EQVITI TRANSILVANO

S. P. D.

HENR. KOEHLERVS, Phil. M.

ANnus est, & quod excurrit, ex quo pri-
mus TVI conspectus mihi contigit. Erat
ille copulatus cum intensiori sensu voluptatis,
quam ex animi dotibus, quibus a DEO TE orna-
tum experiebar, capiebam. Flagrabas desiderio
insigni eruditionis solidæ, animadvertēbam in
TE ingenium ad inspiciendas veritates altiores
natum, &, quod maximum, reverentia erga
summum NVMEN, nostræ felicitatis duraturæ
fontem, animique honestas & amor recti ex
Tuis actionibus elucebant. Quæ efficiunt, ut
progrediaris cum laude in disciplinis ad supe-
riora studia TE præparantibus, Historia quippe,
Philosophia & Mathesi, nullamque omittas oc-
casionem, qua animum ad præclara quævis ma-
gis